

Sepibus, Georgius de; Kircher, Athanasius: Romani Collegii Societatis Jesu Musaeum Celeberrimum: Cujus magnum Antiquariae rei, statuarum, imaginum, picturarumque partem Ex Legato Alphonsi Donini, ... A Secretis, munificâ Liberalitate relictum ; P. Athanasius Kircherus ... novis & rariss inventis locupletatum, compluriumque Principum curiosis donariis magno rerum apparatu instruxit

Amsterdam, 1678

Seite 48

48

M U S E U M

Cap. I.

Pars III.

P A R S T E R T I A.

C A P U T P R I M U M.

N u m i s m a t a .

Varia
Numi-
smatum
genera quā
Sacra, quā
Profana.

NUmismata quā in eo asservantur sunt nonnulla Samariticis notis expressa, quā à Regibus Israēl, quo tempore Samaritanus character familiaris fuit, cusi sunt. Alii quoque tempore Jōsue, quidam Samuelis, unus Salomonis tempore ex excusis videtur. Sicli itaque Hebreorum hīc aliquot asservantur, quorum primus in una facie urnam refert, sive



formam vasis, quod Deus ad perpetuum Manna præstiti in deferto beneficii monumentum in arca asservari jussérat. Ut Exod. c. 16. Et dixit Dominus ad Aaron: accipe vas unum & mitte ibi Manna, quantum Gomer capere potest. Litera F in medio vasis significat sicutum integrum; altera facies refert Aaronis Virgam, quam Deus in testimonium sacerdotalis illius vocationis in conspectu totius Israēl flore re voluit, de quo signatur fragmentum quoddam historiæ Samaritanæ. In ambabus faciebus hæ leguntur inscriptions שְׁקֵל אֶשְׁרָאֵל Schekel Israēl, id est, Siclus Israēl, & קְדַשָּׁה יְוָשָׁלָם Kedosha Jerusalem hoc est Sancta Jerusalem.

Secundus Siclus Hebreorum cum priore convenit excepta litera F. quæ



est super catinum, cuius loco sunt hæ

duæ litteræ ג. ו. quæ significant Schekel David, id est Siclus David Regis.

Tertiò Semisiclus videtur, cujus una facies radium plantæ balsami re-



fert, in quo hæc inscriptio legitur, Mul Enghet, id est Circumcisionis tempore, facies altera palmam exhibet, cum hac Epigraphe, Menghabo, hoc est à pinguedine, omnium vetustissimus tempore Jōsue cusus quando Deus præcepit filios Israēl circumcidì, palma autem & planta balsami non incongrue Terram promissionis exprimunt.

Quartò Numisma argenteum Assyrii characteribus insigne in una fron-



te acerra odoramentorum, quā sacerdotes Deo adolebant, in altera vero ramum viridis amygdali eleganter exprimit. Sunt nonnulla alia Numismata quorum Author Oedipi Ägyptiaci tomo II. significationem, & atemque eorum diserte explicat.

Numerantur inter antiquorum aut à Romanis Imperatoribus, aut ex Se-
natus consulo cusa Numismata sym-
bolis, emblematis, epigraphis, im-
presis atque triumphis illuſtria, quæ o-
mnia inter Rotæ versatilis pluteos af-
servantur raro artificio constructæ, &
Pluteus
Versatilis
VI tabulis
confabans
in quibus
Numi-
smata con-
servantur
XII Cesa-
rum.
con.

